



14
1799 5 1651

ORDINIS PHILOSOPHICI
IN ACADEMIA VITEBERGENSI
DECANVS
CAROLVS FERDINANDVS SCHMID

IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR MORALIVM ET CIVILIVM
PROF. PVBL. ORDINARIVS

H. T.

COMES PALATINVS CAESAREVS
CONFERENDAE VTRIVSQVE LAVREAE
SOLEMNIA

A. D. XXX. APRILIS CIDI⁰CCXCIV
RITE PERAGENDA

PHILOSOPHIAE ET ARTIS POETICAE
CANDIDATIS

INDICIT

PRAEMISSA PROLVSIONE

DE

M. T E R E N T I O V A R R O N E

LEGVM XII. TABVLARVM INTERPRETE

VITEBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII

C. F. Schmid, Decanus. Vitebergae leg. III. ind. 1799.



ORDINIS PHILOSOPHICI
IN ACADEMIA VITBERGENSI
DECANVS
CAROLVS FERDINANDVS SCHMID
HABENS VTRIVSQVE DOCTOR NORMAM IN CIVILIVM
PROF. PVB. ORDINARIVS
M. T.
COMES PALATINVS CAROLINVS
CONFERENCE VTRIVSQVE CAESAREAE
SOLENNIA
A. D. XXX APRILIS MDCCCXCV
RITH. FERRENDAE
PHILOSOPHIAE ET ARTIS PRAELECTORIS
CANDIDATVS
IN PRAESENTIA
FRANCISSAE FERRENDORUM
M. T. FERRENDORUM
PRAESENTIA
VITBERGENSIS
LITTELLIS CAROLI CHRISTIANI FERRENDI



Scio quidem M. TERENTIUM VARRONEM, plurimorum
librorum auctorem eruditissimum, qui, annum octoge-
simum quartum quum ageret, quādringentos nonaginta libros
scripserat, A. GELLIO teste ^{a)}, anno autem aetatis octogesi-
mo octauo, scribendis adhuc libris intentus fuit, vti C. PLI-
NIUS SECVNDVS ^{b)} refert, nullos ad leges XII. Tabularum
commentarios vumquam composuisse; ideoque veteribus ha-
rum legum interpretibus, SEXTO AELIO, CATO ^{c)}, id est,
prouido, cauto et acuto, ab ENNIO dicto ^{d)}, Tripertitorum,
quorum meminit POMPONIVS ^{e)}, auctori longe celeberrimo;

A 2

Q. AN-

^{a)} L. III. Noct. Atticar. cap. X. ^{b)} L. XXIX. Nat. Histor. cap. XVIII. 4.
edit. Bipont. ^{c)} Cf. VARRO de Ling. Latin. ex edit. Bipont. pag. 90.
qui *cata* Sabinos acuta dixisse, et *cata dicta* accipienda esse acuta dicta,
docet. ^{d)} Cf. CICERO, Tusculanar. Quaest. L. I. cap. IX. ^{e)} D.
de Origine Iur. §. 38.



Q. ANTISTIO LABEONI, quem libros de XII. Tabulis scripsisse, ex A. GELLIO ^{f)} constat; et CAIO, ex cuius libris Interpretationum XII. Tabularum varia in Digestis occurrunt fragmenta ^{g)}, minime esse equiparandum. Ast tamen, quum nulla, aut perpauca eximiorum illorum commentariorum vestigia nostra adhuc aetate supersint, immo etiam veterum XII. Tabularum interpretum quidam laudentur, e quorum scriptis nihil, praeter vnus alteriusue verbi explicationem ad nostram aetatem peruenit, vti L. ACILIUS, qui ingenue confessus est, se non intelligere, quid *lessus* significaret; et I. AELIUS, qui eandem vocem lugubrem eiulationem interpretatus est, apud CICERONEM ^{h)}; SERV. SVLPITIUS RVFVS, cuius gentilis ad describendas XII. Tabulas olim Athenas missus fuerat ⁱ⁾, facpius excitatus a FESTO ^{k)}; et VALERIUS MESSALA, cuius explanatio XII. Tabularum memoratur a FESTO ^{l)}: vix metuendum esse videtur, ne quis vitio mihi vertat, quod iis scriptoribus, qui leges XII. Tabularum ex instituto explicauerint, M. TERENCEM VARRONEM adnumerem, ipsumque legum illarum interpretem probatissimum esse putem. Varia autem mihi sunt, cur ita sentiam, argumenta.

§. I.

f) Noct. Atticar. L. VII. cap. XV. g) Ex. gr. D. de in ius vocando, l. 18. l. 20. l. 22. D. de Verbor. Signif. l. 233. l. 234. l. 235. l. 236. l. 237. l. 238. h) L. II. de Legg. c. XXIII. i) Cf. EVERARDVS OTTO de vita, studiis, scriptis et honoribus SERVII SVLPITII cap. VII. §. 3. k) sub vocibus: *Vindiciae, Sarcito, Pedem fruit, Noxia et Sanates.* l) sub v. *Sanates*, cf. DION. GOTHOFREDI Auctores Ling. Lat. pag. 198. et 423.



§. I.

Leges XII. Tabularum vt ab interitu vindicarentur, opus fuit summa doctissimorum ac acutissimorum virorum industria, quam in euoluendis veterum scriptis atque colligendis quibuscumque XII. Tabularum reliquiis ponerent. Quod quidem negotium aliter vix perfici potuit, quam vt singula vbicumque conquirentur verba, quibus Decemviros vsos fuisse, veteres scriptores testantur, vel tamen propter ipsam verborum anti-quitatem probabile est. Praeterea autem vocabula, siue a Decemviris vsurpata, siue ipsis adsignanda, ac nimia obscuritate, de qua questus est SEXTVS CAECILIVS, apud GELLIUM ^{m)}, laborarent, ita, vt ab intelligentissimo vix perspici possent, legum Decemuiralium restauratores superfedere haud potuerunt cura atque sollicitudine de vocabulorum priscorum significatione eruenda. Scire enim leges, est, CELSO ⁿ⁾ monente, non verba earum tenere, sed vim atque potestatem. Ac plane inutilis, non dicam, ridicula esset opera eorum, qui leges Decemuirorum summo studio in integrum restituere adnisi fuerunt, vix, ac ne vix quidem ab vilo homine explicandas. Verba itaque si exquirere velis, aetati Decemuirorum congrua, id est, antiquissima legibusque XII. Tabularum resuscitandis idonea; vel verba legum Decemuiralium propria extra omnem ponere dubitationem; vel denique, quod est omnium maximum atque summum, vetustissimorum vocabulorum a Decemuiris

A 3

^{m)} Noct. Atticar. L. XX. cap. I.

ⁿ⁾ D. de Legg. l. 17.



uiris vsurpatorum obscuritatem remouere atque tollere: M. TERENTIUS VARRO dux et auctor tibi erit certissimus.

§. II.

Iustam vadimonii deserendi causam esse voluerunt Decemuires, statum condictumue Diem cum Hoste^{o)}. M. TULLIUS CICERO^{p)}, qui verba legitima excitauit, eo animo, vt doceret, veteres perduellem eum, quicum bellum gerent, adpellasse; hostem autem, qui postea peregrinus diceretur, id eoque *hostis* vocabulum, ad perduelles translatum, ab initio lenius fuisse verbum, quo tristitia rei mitigaretur, testis est, omni exceptione maior, Decemuiros hostem dixisse peregrinum. Quocum conuenit CAIUS^{q)}, qui eos, quos recentiores hostes adpellarent, perduelles dixisse veteres, adfirmat. Quae quum ita sint, non est, quod dubitemus, an vocabulum *hostis*, quod significasse olim peregrinum, qui suis, non Romanis, vteretur legibus, VARRO^{r)} tradit, Decemuiris sit attribuendum.

§. III.

o) Tab. II. 1. Qua cum lege coniungendum esse videtur IACOBO GOTHOFREDO, in notis ad XII. Tabb. quod NONIUS MARCELLVS, de Proprietate Sermonum Cap. I, 67. conseruauit, fragmentum ex Satyris VARRONIS de *Tenebrionibus*, qui ex GOTHOFREDI sententia accipiendi sunt pro iis, qui vadimonium deserunt. p) L. I. de Officiis cap. XII. q) D. de Verborum Signif. l. 234. r) L. IV. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 4.



fariae et inculpatae caedis admitti, quae haberi possit, ea, quae haberi debeat, deficiente. Cautio itaque CAII, ut tamen caedes cum clamore fiat, separanda esse videtur ab ipsa lege XII. Tabularum, caedem permittente furis diurni, vel nocturni. Nihilo tamen secius IOANNES NICOLAUS FVNCCIUS^{w)} legem XII. Tabularum ita restituit: *Qui noctu furtum fecerit, si eum quis occiderit; iure caesus esto. Si interdium, et telo se defenderit, quiritato, postea si caesus fuerit, sine fraude esto.* Et si haec vera est lectio, ad mentem Decemvirosum concepta; verbum *quiritare* satis esse aptum legibus Decemviralibus rescificendis, ex VARRONE^{x)} discimus, *Quiritare*, tradente, eum dici, qui Quiritium fidem imploret, et ex NONIO MARCELLO^{y)} *quiritare* clamare interpretante, utpote quod tractum sit ab iis, qui Quirites inuocent.^{z)}

§. IV.

Decemviri inter vicinorum aedificia spatium duorum cum dimidio pedum relinqui iusserunt^{a)}, quod *ambitum* dixerunt *parietum*. Spatium illud ita adpellatum esse ab ipsis Legum XII. Tabularum conditoribus, patet ex eo, quod

VARRO

w) Tab. II. 4. 6. x) L. V. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 69. y) de Proprietate Sermonum Cap. I. 78. z) Solemnibus scilicet verbis, quibus aduersus vim atque iniuriam utebantur Romani: *Fidem Populi Romani, Fidem Quiritium, Fidem Plebis imploro!* Cf. BARNABAS BRIS-

SONIVS de Formulis et Solemnibus Populi Romani verbis L. VIII. XXI. a) Tab. VIII. 1.

VARRO ^{b)}, ambitum explicans per circumitum; ab eo, ait, duodecim Tabularum interpretes ambitum parietis, circumitum esse describunt. Ambitus enim dicebatur, FESTO ^{c)} auctore, inter vicinorum aedificia locus duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus, patens in latitudinem pedes duos et semissem; in longitudinem idem, quod aedificium. Vnde aedificium, quod proprio ambitu constabat, insula adpellabatur. ^{d)} Quum autem duos pedes cum semisse in XII. Tabulis *sestertium pedem* vocari, VOLVSIVS MAECIANVS ^{e)} adfirmauerit, verba legis Decemuiralis de ambitu Parietum legitima, BARNABAS BRISSONIVS ^{f)}, existimauit ita esse concipienda: *Ambitus Parietum Sestertius Per esto. Quemadmodum in nummis sestertius, vti VARRO ^{g)} adnotauit, antiquus erat dupondius et semis, ita nihil impedit, quominus, per translationem, duos pedes et semissem spatii illius, vicina inter aedificia intercedentis, sestertio pede expressos esse a Decemuiris, auguremur. Decemuiros non solum de aedificiis vrbans, siue de aedibus, sed etiam de aedificiis rusticis, id est, villis ^{h)}, aliquid praecepisse, elicere fas est ex iis, quae apud*

^{b)} L. IV. de Ling. Lat. edit. Bip. pag. 8. ^{c)} sub v. *ambitus*. ^{d)} D. de Seruitutib. Praedior. Vrbano. l. 14. D. de damno inf. l. 15. §. 14. ^{e)} in libro de Asser. ^{f)} L. I. Antiquitat. ex Iure Ciuili Cap. 2. ^{g)} L. IV. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 48. ^{h)} Cf. VARRO Lib. IV. de Ling. Lat. edit. Bip. pag. 9. 10. qui *agrum* et *villam* ita distinguit, vt *ager* sit, vnde quid agitur fructus caussa; *villa* autem, quo fructus conuehantur.



apud c. PLINIVM SECVNDVM ¹⁾) legimus, in XII. Tabulis nusquam nominari *villam*, sed *hortum* villae habere significati-
nem atque haeredii. Liqueat exinde, *haeredii* vocabulum esse a
Decemuiris vsurpatum, quamvis hodie nullum XII. Tabula-
rum superfit fragmentum, quo luculentum fiat, quid de hae-
redio statuerint Decemuires. Hoc loco sufficit, scire, haere-
dium inter verba XII. Tabularum legitima esse referendum;
VARRONEM ²⁾) autem, proprietatem, vt cum NONIO MAR-
CELLO ³⁾) loquamur, indicare haeredii, narrantem, bina iu-
gera a Romulo primum viritum fuisse diuisa, atque haeredem
quod sequerentur, adpellatione haeredii insignita. Quae quum
ita sint, *haeredium* ager erat, locus scilicet aedificio rustico va-
cuus ⁴⁾), cuius adcessionem tamen constituebat villa, siue aedi-
fium rusticum, ita, vt sine vlla dubitatione pars fundi habe-
retur ⁵⁾), ideoque FESTVS ⁶⁾) haeredium recte praedium par-
uulum interpretatus sit.

§. V.

Lex XII. Tabularum, MARCIANO ⁷⁾) teste, iussit, eum,
qui hostem concitauerit, quique ciuem hosti tradiderit, capite
puniri. Decemuires, hac lege ⁸⁾) vix credibile est, quod dix-
erint

d) L. XIX. Natur. Histor. cap. XIX. 1. edit. Bip. k) L. I. de Re Rustic.
cap. X. l) de Proprietate Sermonum Cap. I. 303. m) D. de Ver-
bor Signif. l. 27. et 211. n) D. de Instructo vel Instrumento legato
l. 15. §. 2. o) sub v. *haeredium*. p) D. ad Legem Iuliam Maie-
statis l. 3. q) Tab. IX. 7.

rint *hostem*, qui tunc temporis potius adpellabatur *perduellis*, nisi
 cum IOANNE GORDEO ¹⁾ malimus conicere, duplicem
 olim fuisse vocabuli *hostis* significationem, tam *peregrini*, quam
perduellis; priore vero sublata, alteram in eius locum successisse.
 VARRO autem ²⁾ tradidit, multa verba aliud nunc ostendere,
 aliud antea significasse; ita *hostem* veteres dixisse peregrinum,
 qui suis vteretur legibus, *hostem*que postea eundem signifi-
 casse, qui a veteribus dictus fuisset *perduellis*, uti BENNI au-
 thoritate ab eodem scriptore optime comprobatur ³⁾. Neque
 CAIVS notam aliquam meretur, quod scripserit ⁴⁾, *hostes* esse,
 quos veteres adpellassent *perduelles*, per eam nempe adiectio-
 nem indicantes, cum quibus bellum esset. NIMI TULLIVS CER-
 CERO ⁵⁾, narrans, caetera XII. Tabulas sustulisse funebria, qui-
 bus luctus augeri posset, legem Decemviralem addit: *Homini*
mortuo ne ossa legito, quo post funus faciat. Quam tamen legem
 excepisse bellicam, testatur, peregrinamque mortem. IOAN-
 NES NICOLAUS FVNCCIVS ⁶⁾ hanc legem ita restituit: *Ho-*
mini mortuo ossa ne legito, quo post funus faciat: extra quam, si
Duelli, id est, in bello, siue in militia, *mortuus sit.* Mortem sci-
 licet bellicam exceperant Decemviri, siue mortem, quam quis
 oppetierat pro patria in *Duello*, quod VARRO ⁷⁾, tamquam

¹⁾ in Commentario ad Digestor. Titul. de Verb. Signif. ad legem 118.

²⁾ L. IV. de Lingua Lat. ed. Bip. p. 4.

³⁾ L. VI. de Ling. Lat. ed.

Bip. p. 91.

⁴⁾ Dig. de Verbor. Signif. l. 234.

⁵⁾ L. H. de Legg.

cap. XXIV.

⁶⁾ Tab. X. 9.

⁷⁾ L. VI. de Ling. Lat. ed. Bip.

pag. 91.



vocabulum vetustum, in *bellum* postea commutatum fuisse, do-
cet, sicuti *Duellonam* factam esse *Bellonam*.

§. VI.

Decemuiros sumtum funebrem ita extenuasse ¹⁾, vt,
praeter tria, in funere ricinia admitterentur nulla, CICERO te-
stis est firmissimus ²⁾. FESTVS ³⁾ *recinii* vocem explanauit
per vestimentum quadratum, quod ii, qui XII. Tabulas inter-
pretati fuerint, esse dixerint, togam virilem, qua mulieres ute-
rentur. CONRADVS RITTERSHVSIVS ⁴⁾, ad veterum exem-
plum, per ricinia intelligit vestes lugubres, quibus mulieres in-
cederent in funeribus. Neque hunc a vero aberrare, statuit
IOANNES NICOLAUS FVNCCIUS ⁵⁾, quum mulieres apud
Romanos, ricinio indutae, luctum ad vsque exsequias profe-
querentur; lugubre autem vestimentum postea in ipso fu-
nere in rogam eiicerent, et vna cum cadauere comburerent.
VARRO ⁶⁾, antiquissimum mulierum amictum esse, inquit, ri-
cinium; insimulque adiicit, ricinium dictum esse a reiciendo,
quia dimidiam partem retrorsum iacerent; mulieres autem, in
aduersis tantummodo rebus ac luctibus, quum omnem vesti-
tum delicatiorem ac luxuriosum, insequentibus temporibus
insti-

1) Tab. X. 7.

2) L. II. de Legg. cap. XXIII.

3) sub v. *Recinium*.

4) in Commentario ad Leges XII. Tabb. p. 23.

5) ad Tab. X. 7.

6) L. IV. de Lingua Lat. edit. Bip. pag. 37.



institutum, posuerint, ricinia sumfisse. ^{e)} NONIVS MARCELLVS ^{f)} ricinium, *masurtium* postea dictum, exponit per palliolum foemineum breue.

§. VII.

VARRO tamen non solum protulit, quod ad vetustatem pertinet, verba, XII. Tabulis digna, sed etiam, quae in legibus Decemuiralibus existisse, ipse ingenue profitetur. SEXTVS CAECILIVS, apud GELLIVM ^{g)}, excitat legem ^{h)}, quae iumentum, id est, vectabulum, quod adiunctis trahebatur pecoribus, dari aegro aut seni, in ius vocato, minime autem arceram delicate insterni, iubet. Ad hanc legem referri debent, quae VARRO ⁱ⁾ de arcera tradit. Breuis veha, ait, vehiculum dictum est. Ab aliis etiam dictum *Arcera*, quae etiam in XII. Tabulis adpellatur. Quod ex tabulis erat factum, ut arca, Arcera dictum. Plaustrum ab eo, quod ex omni parte palam est. Arcera scilicet erat, ex interpretatione SEXTI CAECILII ^{k)} vehiculum tectum vndique et munitum, quasi arca quaedam magna, vestimentis instrata, qua nimis aegri aut senes portari cubantes solebant. Senes et aegrotos arcera vectari solitos esse, patet quoque ex eo, quod VARRO ^{l)},

B 3

apud

^{e)} L. I. de Vita Populi Romani ed. Bip. pag. 238. ^{f)} de Proprietate Serm. mon. cap. XIV. 33. ^{g)} L. XX. Noct. Atticar. cap. I. ^{h)} Tab. I. 4. ⁱ⁾ L. IV. de Ling. Latina, edit. Bip. pag. 39. ^{k)} Cf. GELLIVS, cit. loc. ^{l)} in gerontodidaskalo edit. Bip. pag. 280.



apud NONIVM MARCELLVM ^{m)}), de hoc vehiculo senum aegrotorumque verba facientem, ait: Vehabatur cum vxore vehiculo; semel aut bis anno cum arcera.

§. VIII.

Serius, quam in Graecia, Romae horas ad momentum obseruatas fuisse, C. PLINIUS SECVNDVS ⁿ⁾) XII. Tabulis probat, in quibus ortum tantum et occasum nominari, contendit. Scriptum enim fuit in XII. Tabulis, A. GELLIO ^{o)}) teste: *Sol occasus suprema tempestas*, id est, extremum iudiciorum, atque tempus iuris dicendi vltimum, *esto.* ^{p)}) VARRO, ^{q)}) supremam, siue summum diei, a supremo deriuans, addit, hoc tempus XII. Tabulas dicere occasum esse solis; sed postea legem *Praetoriam* ^{r)}) id quoque tempus praestituisse supremum, quo Praetor in comitio Supremam pronunciareret populo. Idem docet alio loco, ^{s)}) supremum a superrimo esse dictum; itaque in XII.

^{m)} de Proprietate Sermonum Cap. I. 270. ⁿ⁾ L. VII. Nat. Histor. cap. LX. edit. Bip. ^{o)} L. XVII. Noct. Atticar. cap. II. ^{p)} Tab. I. 10.

^{q)} L. V. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 52. ^{r)} Vtrum haec lex *Praetoria*, an *Plaetoria* cognominanda sit, incertum, vtriusque tamen fieri posse, SCALIGER censet ad hunc locum. PLAETORIVS, tribunus plebis, tulit legem, cuius verba exhibet CENSORINVS, de Die natali cap. XXIV. huncce in modum: *Praetor urbanus, qui nunc est, quique posthac fuerit, duos littores apud se habeto, isque ad supremam ius inter cives dicit*, hoc est, vsque dum praeco, qui magistratui adest, supremam dixit tempestatem, et *Illicet* pronunciauit Populo. ^{s)} L. VI. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 91.



XII. Tabulis dici: *Solis occasu diei suprema tempestas est*; tempestatem vero pro tempore accipi in libris augurum, atque supremum augurii tempus hoc denotari vocabulo.

§. IX.

CAIVS¹⁾ Viae, per aliena praedia iter facientibus destinatae, latitudinem, ex lege XII. Tabularum, in porrectum octo pedes habere, in amfractum, id est, ubi flexum sit, sedecim. Dubitari ergo non potest, quin viae latitudinem ad hunc modum definiuerint Decemviri. VARRO²⁾, qui, *amfractum* dictum esse, statuit, ab ambitu et frangendo, adiicit, leges, XII. Tabularum procul dubio, iubere in directo pedum octo esse, in amfractu sexdecim, id est, in flexu, ubi scilicet termini viae circa circum quasi franguntur. Duplicatam hinc viae latitudinem IOANNI NICOLAO EVNCCIO³⁾ Decemviri videntur determinasse, quo commodius plaustra in ea verti ac in aliam viam transmitti possent sine impedimento; nisi Decemviri potius idem iam iudicauerint, quod Iuris Consultis postea visum est de via ab actu et itinere distinguenda, utpote qui actu comprehendebant ius agendi iumentum, vel vehiculum, vel plaustrum per fundum alienum⁴⁾, viae autem vocabulo ius significabant non solum eundi et agendi, sed et tignum et lapidem trahendi

1) D. de seruitut. Praedior. Rustic. l. 3.

2) L. VI. de Lingua Lat. edit.

Bip. pag. 83. 3) ad Tab. VIII. 3.

4) D. de Seruit. Praed. Rusticor. l. 1. pr. l. 7. pr.



trahendi et rectam hastam ferendi^{x)}, si modo fructus non laedantur. Latitudo viae a Decemuiris esse itaque poterat praestituta eo consilio, ut non tam plaustris agendis, quam tignis et lapidibus trahendis, rectaeque hastae ferendae satis pateret, neque arbores fructusque laederentur, si quis hastam gereret erectam, vel tigna lapidesue traheret. Quam quidem viae latitudinem, a Decemuiris praestitutam, insequentibus temporibus haud mutatam fuisse, IAVOLENVS^{y)} testatur, qui latitudinem actus itinerisque eam esse censet, quae demonstrata sit per conuentionem; quodsi vero nihil circa latitudinem definitum sit conuentione, hoc ab arbitro statuendum esse; in via e contrario aliud iuris obtinere, legitimam scilicet deberi, si dicta latitudo non sit. Viae et actus differentiam VARRO ita describit^{z)}, quod via sit iter, quia ea vehendo teritur; actus iter in agris, quia agendo teritur; siue, quo agerent, actus, qua ueherent, via^{a)}. Si ergo viae adpellatio originem traxerit a vehendo; minus reprehendendi erunt rustici, quos VARRO^{b)} narrat, viam adpellasse *ueam*^{c)}, propter uecturas. Poterat autem via constitui mox angustiior, mox latior octo pedibus, dummodo eiusmodi esset latitudinis, qua vehiculum ire posset, secundum PAVLI^{d)} sententiam, alioquin iter erat, non via.

x) D. de Seruit. Praed. Rust. l. 7. pr. y) D. de Seruit. Praed. Rust. L. 13. §. 2. z) L. IV. de Ling. Lat. edit. Bip. p. 8. a) L. IV. de Ling. Lat. pag. 10. b) L. I. de Re Rust. cap. II. c) *Veia* prouenisse videtur a *Veia*, quam Osce plaustrum, sicuti uecturam *ueituram* dixerunt, FESTO teste, sub v. *Veia*. d) D. de Seruit. Praed. Rust. l. 23. pr.

via. Ita quoque VARRO ^{e)} tradens, qua ibant, iter, ab itu; qua anguste, semitam, ut semi iter esse dictum, viam ab itinere seiunxit.

§. X.

Decemviri, sumtum funebrem vt. intra iustos coercederent terminos, vetarunt, ne vinum muratum homini mortuo inderetur ^{f)}. Quam quidem legem seruauit FESTVS ^{g)}, ante eundem tamen VARRO ^{h)}, qui scripserat, murrata potione vfos antiquos, id indicio esse, quod Aediles per supplicationes Diis adderent ad puluinaria, et quod XII. Tabulis cautum sit, ne mortuo inderetur. Murrhinam autem potionem, hanc murrhinam, murrholam, murratum et vinum ⁱ⁾, antiquarum mulierum maiorum natu potionem, loram scilicet, aut sapam, aut defrutum, aut passum, adpellatam fuisse a PLAVTO, quosdam statuisse, VARRO ^{h)} testis est. C. PLINIVS SECVNDVS ^{l)} apud prisicos lautissima docet vina fuisse myrrhae odore condita, ideoque inter dulcia nominari murrhinam a Charino adolefcente apud PLAVTVM, in *Pseudolo* ^{m)}:

Pseudo-

e) L. IV. de Ling. Lat. edit. Bip. pag. 10.

f) Tab. X. 11.

g) sub

v. *murrata potio*.

h) L. I. antiquitat. Rerum humanar. ed. Bipont. pag. 204.

i) Cf. FESTVS sub v. *Murrina*.

k) L. I. de vita Populi Romani, ed. Bip. pag. 240. et apud NONIVM MARCELLVM de

Proprietate Sermonum Cap. XVII. sub v. *Murrhina* et *Lora*. l) Nat. Histor. L. XIV. cap. XV. m) Aq. II. Sc. 4. v. 49. et seq.



Pseudohus. Ecquid habet is homo aceti in pectore?
Charinus. Atque acidissimi.
Pseudohus. Quid, si opus sit, ut dulce promat indidem,
 ecquid habet?

Charinus. Rogas?
 Murrhinam, passum, defrutum, melinam, mel quouismodi.

§. XI.

Reliquum est, ut exempla proferamus explanationis verborum XII. Tabularum, quam VARRONI debemus. A. GELLIVS *) memorat, ita scriptum fuisse in XII. Tabulis: *Adsiduo vindex adsiduus esto.* M. TULLIVS CICERO *) eadem verba legi *Aeliae Sentiae*, post mortem CICERONIS latae ^{p)}, adscribit, sed, uti in aprico est, per librariorum errorem, quem IOANNES NICOLAUS FVNCIVS ^{q)} ita corrigendum esse putat, ut legamus: Quum Lex, XII. scilicet Tabularum, ex AELII sententia, adsiduo vindicem adsiduum esse, iubeat, locupletem iubet locupleti. Adsiduum itaque voluerunt Decemviri vindicem, siue fideiussorem, qui reum a necessitate eundi in ius liberaret, adsiduum esse, si reus esset adsiduus. Quis autem sit adsiduus, ex AELII, sententia, CICERO ^{r)} optime docet, cui locuples est adsiduus adpellatus ab asse dando. Cui interpreta-

*) L. XVI. No. 8. Atticar. cap. X.

o) Topicor. cap. II.

p) Anno

V. C. DCCLVII.

q) ad Tab. I. 6.

r) Topicor. cap. II.

pretationi ad stipulatur **A. GELLIVS** ¹⁾, qui ad fiduum, scribit, pro locuplete esse, aut ab assibus, id est, aere dando, quum id tempora reipublicae postulerent; aut a muneris pro familiaris copia faciendi ad fiduitate. **VARRO** ²⁾ ad fiduos accipit pro iis, quibus sint asses. Cuius auctoritatem sequutus, **NONIVS MARCELLVS** ³⁾, ad fiduos, tradit esse dictos, quibus esset pecuniae satis, siue, qui essent locupletes, id est, qui, ex interpretatione **CASSI** ⁴⁾, satis idonee haberent pro magnitudine rei, quam actor peteret esse restituendam. Nihilo tamen secius **VARRO** ⁵⁾ dicit, ad fiduum esse, qui adfit. Secundum hanc interpretationem ad fiduus esse videtur, qui semper praesto est ⁶⁾, cuius classicus, qui ius suffragii habet, in comitiis, ac quotidie in foro comparet. Minime autem **EVERARDVS OTTO** ⁷⁾ credibile esse putat, Decemvirorum temporibus Quirites rucolas ita forum tenuisse, ut, tamquam adfidentes in conciliabulis otiosi, et ob oculos quotidie versantes, ab adfiduitate, adfidui dicerentur. Neque est, quod de veritate huius sententiae dubitemus, si tempora respiciamus, quam **AELIVS DEDIT**, explicationem, **M. TVLLIO**, et **A. GELLIO** probatam, **C. 2** nobis-

s) L. XVI. Noct. Atticar. cap. X. 1) L. I. de Vita Populi Romani ed. Bip. p. 237. u) de Proprietate Sermonum Cap. I. 342. v) D. de Verb. Signif. l. 234. §. 1. w) L. VI. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 99. x) *Adfiduus* dicitur a **CICERONE**, qui perpetuo in loco aliquo versatur, Orat. pro Sext. Roscio Amerino Cap. VII. XVI. XXIX. Cf. **LOAN. AVG. ERNESTI** in Clave Ciceron. sub v. *Adfiduus*. y) in Praefat. ad Tom. III. Tesauri Iur. Rom. §. VI.



nobiscum reputantes, nisi vna cum IOANNI NICOL. FVNCCTO *)
 adfiduum accipere malimus pro diuite, vel opulento ciue, cui
 nostrum: *ein Angeseffener*, omnino respondet. Hic enim bono-
 rum immobilium possessione detinetur quasi ac impeditur, quo
 minus absit, vel aufugiat e ciuitate, ideoque prae caeteris satis
 idonee habet, quo securum praestare possit actorem. Aequum
 erat, vt Decemviri non solum reo adfiduo, siue opulento, sed
 etiam reo proletario, siue tenuissimo in plebe succurrendum
 esse censerent. Locupletes ciues, quamuis maxime essent
 idonei, qui opem ferrent ciuibus pauperioribus, vix tamen
 sperandum erat, fore, vt hominum tenuioris fortunae vindi-
 ces vltro sese praeberent. Admitti igitur debebant sponsores
 pauperrimorum ciuium, proletarii, siue pauperrimi. Quam
 ob causam Decemviri, proletarium a quocumque, quamuis
 pauperrimo, vindicari, iusserunt, A. GELLIO *) teste, qui, vt
 intelligamus, quis sit in ea lege *proletarius*, tenuissimos pauper-
 rimosque plebis Romanae, proletarios adpellatos fuisse, tra-
 dit, a munere officioque prolis edendae. VARRO ^{b)} proleta-
 rios interpretatur eos, qui essent contrarii adfiduorum, seu,
 vti NONIVS MARCELLVS ^{c)} inquit, qui reipublicae nihil, sed
 prolem tantum exhiberent.

§. XII.

*) ad Tabl. I. 6. ^{a)} L. XVI. No. 8. Atticar. cap. X. ^{b)} L. I. de Vita
 Populi Romani, ed. Bipont. pag. 237. ^{c)} de Proprietate Sermon.
 Cap. I. 342.

§. XII.

Nisi litem actor atque reus paciscendo composuissent, eos oportebat, ex Lege XII. Tabularum ^{d)}, vel in comitio, vel in foro, ante meridiem, causam conicere, id est, breuiter et summam exponere ^{e)}, si vera sunt, quae leguntur apud AVCTOREM *Rhetoricorum* ad HERENNIVM ^{f)}. Breuissima ergo causae narratio fieri debebat in comitio, aut in foro. Comitium FESTO ^{g)} est, locus, a coeundo, id est, simul veniendo, dictus, propterea quod, uti VARRO ^{h)} ait, coibant eo comitiis curiatis, et litium causa. Comitium sicuti certus erat locus fori, ita forum locus erat, quo non solum conferrent suas controuersias, sed etiam quae vendere vellent, immo, quo quaeque ferrent, VARRONE ⁱ⁾ interprete; vnde factum est, ut varia ratione forum cognominaretur, uti forum boarium, forum olitorium, forum piscarium, a quo distinctum erat, in quo iudicia fierent, FESTO auctore ^{k)}. Litigantibus autem causa erat breuiter exponenda, siue conicienda in Comitio, aut in foro, ante meridiem. C. PLINIVS SECVNDVS ^{l)} refert, XII. Tabulis ortum tantum et occasum nominari, post aliquot annos autem adiectum esse meridiem, ad censo Consul

C 3

fulum

d) Tab. I. 8. e) Cf. IOAN. AVG. ERNESTI in Clauae Cicér. sub v. conicere; et EVERARDVS OTTO, in praefat. ad Tom. III. Tefauri Iuris Romani §. VI. f) L. II. cap. XIII. g) sub v. comitiales dies. h) L. IV. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 43. i) L. IV. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 40. k) sub v. forum. l) L. VII. Nat. Hist. cap. LX.



sulum id pronunciante, quum a Curia inter Rostra et Graeco-
 stasin, vbi, secundum VARRONEM ^{m)}, nationum subsisterent
 legati, qui ad senatum essent missi, prospexisset solem, scilicet
 meridianum. ⁿ⁾ Nihilo tamen minus, meridiei mentionem
 factam esse in XII. Tabulis, testantur A. GELLIVS ^{o)}, AVCTOR
Rhetoricorum ad HERENNIVM ^{p)} et CENSORINVS ^{q)}. Neque
 tempora illa rudiora, quibus leges XII. Tabularum latae sunt, cre-
 dere vetant, meridiem omnino notatum esse a Decemuiris, qui,
 agrestium hominum more, spatium diei ex notabiliore mutatio-
 ne, sole oriente, tempore ante meridiem, meridie, tempore post
 meridiem et sole occaso, siue occidente, distinguerent, ideoque
 diem, ratione negotiorum publicorum, quadripartito diuiderent.
 Si vero CENSORINVM ^{r)} audiamus, leges XII. Tabularum, quum
 nullae in iis essent nominatae horae, vti in aliis postea legibus,
 verbis: *ante meridiem, et post meridiem* ^{s)}, duas partes diei praeci-
 puas significasse videntur. Diei videlicet spatium, quod erat ante
 meridiem, sole exorto vsque ad meridiem, antemeridianum, sicuti
 diei spatium post meridiem, quod meridiem sequebatur vsque ad
 solem occasum, pomeridianum nuncupabatur, ita, vt perinde
 esset, ac si XII. Tabulae ortum et occasum solis tantum nomi-
 nassent.

^{m)} L. IV. de Ling. Lat. pag. 43. ⁿ⁾ VARRO L. V. de Ling. Lat. ed. Bip.
 pag. 75. narrat, COSCONIVM in actionibus scripsisse, praetorem solitum
 esse iubere, inclamare, horam esse tertiam, itemque meridiem et horam
 nonam. ^{o)} L. XVII. Noct. Atticar. cap. II. ^{p)} L. II. cap. XIII.
^{q)} de Die Natali cap. XXIII. ^{r)} de Die Nat. cap. XXIII. ^{s)} Tab. I.
 8. et 9.

nassent. *) Diuidebantur autem diei tempora meridiem; tempore quasi intermedio. Vnde VARRO^{u)}, meridiem adpellatum esse, docet ab eo, quod medius sit dies; antiquos autem, euphoniae minus studiosos, D. non R. in hoc loco dixisse. Idem adfirmat NONIVS MARCELLVS^{v)}, prouocans ad CICERONEM^{w)}, qui, suauitatis causa *medidiem* in meridiem commutatum esse, testatur. CENSORINVS^{x)} autem, omnes diei partes enumerando, meridiem, nomen esse demonstrat medii diei. Causa ante meridiem, quasi per indicem, iudici exposita, post meridiem litem addici, Decemuiros iusserunt, ut legimus apud A. GELLIVM^{y)}. FESTVS^{z)} addicere, ait, est proprie, idem dicere et adprobare dicendo. Quum enim lege quid perageretur, aliquo solemnium illorum verborum: *Do, Dico; Addico*, necesse erat, ut Praefor antea vteretur, ex VARRONIS^{a)} sententia. Praeforis tamen munus quum post Decemuiros fuerit institutum^{b)}, id magis ad rem pertinere videtur,

t) Ita quoque VARRO, ad Legum XII. Tabularum normam, diei principium, *Mane*, quia manat dies ab Oriente, distinguit a *Suprema*, siue Summo diei, Sole scilicet Occaso, L. V. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 52. u) L. V. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 52. v) de Proprietate Sermon. Cap. I. 299. w) Orat. Cap. XLVII. x) *Ante lucem* et sic *diluculum*, quum, Sole nondum orto, iam lucet; secundum *diluculum mane* vocatur, quum lux videtur Solis; post hoc *ad meridiem*; tunc *meridies*; inde *de meridiem*, hinc *Suprema*. y) L. XVII. Noct. Atticar. Cap. II. et Tab. I. 9. z) sub v. *addicere*. a) L. V. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 59. b) Nisi magis veritati adcedit, quod statuit GVILIELM. van der



tur, quod VARRO ^{e)} alio loco tradidit, Iudicem adpellari, a iure dicundo, utpote qui verbis quibusdam, seu dicendo, litem finiat; atque hinc ortam esse formulam solemnem: *Addicere iudicium*, id est, dicendo adprobare vnius alteriusue litigantium intentionem. Auguribus quoque verbum, *addicere*, fuisse usitatum atque solemne, trita in auspiciis verba: *Addixit ausis* ^{d)}, docent, quibus laetum euentum praedixisse autem, significabant. Quando itaque litigandi potestatem, quam vellent, ambobus, tam actori, quam reo, concedebat iudex, siue iudicium iisdem addicebat, ex voto litigantium pronunciabat sententiam de iudicio constituendo; ac formula: *Addixit iudicium* ^{e)}, optimi auspicii instar erat litem instituire cupientibus.

§. XIII.

Vades et subuades in XII. Tabulis fuisse, et cum multis aliis euanuisse, memoriae tradidit A. GELLIVS ^{f)}. Iudicio

con-

der MVELEN, in exercitationibus ad Titulum Digestorum de Iustitia et Iure et Historiam POMPONII de Origine Iuris, Traj. ad Rhen. 1723. pag. 453. nomen Praetoris in XII. Tabulis pro Consule causas cognoscen- te fuisse positum. Ita A. GELLIVS intelligendus esse videtur, quando narrat, debitorem *addictum* inter LX dies trinis nundinis continuis ad *Praetorem* in comitium producendum fuisse ex lege XII. Tabularum, L. XX. Noſt. Atticar. cap. I. c) L. V. de Lingua Lat. edit. Bip. p. 67. d) Cf. BARNABAS BRISSONIVS de Formulis et Solemnibus Populi Romani verbis L. I. 206. e) L. V. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 67. f) L. XVI. Noſt. Atticar. cap. X.

constituto, siue potestate litigandi impetrata a Praetore, seu
 Consule, actor, uti IOAN. NICOL. FUNCCIO ^{g)}) videtur,
 reum, si non satis haberetur idoneus, verbis conceptis, aut
 certa formula vadabatur, id est, vades, siue sponsores petebat,
 promissuros, fore, ut reus ^{h)}) certo die, qui erat plerumque
 perendinus, in ius redeat. Vadem, ex VARRONE ⁱ⁾) discimus,
 adpellatum esse, qui pro altero vadimonium promitteret; con-
 suetudinem scilicet fuisse, quum reus parum esset idoneus, ut
 pro se alterum daret; a quo caueri posset lege coeptum esse,
 ab his, qui praedia venderent, vades ne darent; item ab eo
 scribi coeptum in lege mancipiorum, vadem ne posceret. Ma-
 nifestum est exinde, vadis significationem non esse ita restringen-
 dam, ut vna cum FESTO ^{k)}) sponsores, datum in re capitali,
 hae adpellatione comprehendamus. Vadem autem ne cum
 vindice confundamus, nos monet IACOBVS GOTHOFRE-
 DVS ^{l)}). Vindex, FESTO ^{m)}) auctore, dicebatur ab eo, quod
 vindicabat, quo minus is, qui pressus esset, teneretur. Vin-
 dex scilicet reum a necessitate eundi in ius liberabat, vas e

g) ad Tab. II. §. II. h) FARNABAS BRISONIVS, solemnia verba fuisse
 vadimoniorum: *In Diem Tertium, siue Perendinum*, docet, L. V. de
 Formulis et Verbis Populi Romani Solemnib. 3. i) L. V. de Ling. Lat.
 ed. Bip. pag. 71. k) sub v. *vadem*. l) ad Leges XII. Tabular. apud
 EVERARD. OTTONEM, in Thef. Iur. Rom. Tom. III. p. 161. m) sub
 v. *vindex*. Cf. IOANN. GOTTLIEB HEINECCIUS, Antiquit. Roman.
 ad Inst. L. IV. Tit. VI. §. XVIII.



contrario ad iudicium vocatum, siue reum, certo die adfuturum, promittebat. Vades cauebant de iudicio fisci, vbi in ius ventum fuerat; vindices cauebant aetori, vt reus dimitteretur, antequam in ius veniret. Quomodo autem *var* et *subuas* inter se differrent, IACOB. GOTHOFREDVS *) putat, ita esse definiendum, vt vadem interpretemur fideiussorem iudicio fisci, a reo datum; subuadem fideiussorem ab aetore exhibendum. Cui tamen non ad stipulatur CLAVDIVS SALMASIVS †), qui mauult, subuades fuisse vadum vades, qui sponderent pro ipsis vadibus. Subuadis VARRO, quantum ego quidem scio; nusquam mentionem fecit.

§. XIV.

Rei furtivae aeternam esse auctoritatem, voluerunt Decemviri †), IVSTINIANO teste, †) ita, vt ius rei suae vindicandae sempiternum esset ciui Romano contra quemlibet possessorem. Eadem ratione Decemviri, aduersus hostem aeternam auctoritatem esse, iusserunt †), vti adfirmavit M. TULLIVS CICERO †), hoc est, ciuibus Romanis tantam concesserunt potestatem res suas euincendi peregrinis, vt nunquam legitimi dominii iure priuarentur. Cur autem auctoritas, siue rei vindicandae facultas, aeterna dicta sit a Decemviris, intelligere est

ex

*) loc. cit. o) de Modo Usurar. Cap. XVI. pag. 701. p) Tab. II. 11.
 q) Instit. de Usucapionib. §. 2. r) Tab. III. 3. s) L. I. de Officiis
 cap. XII.

ex origine vocis *aeternum*, quam VARRO¹⁾ exploratam nobis exhibuit. Saeculum enim, ait, spatium annorum centum vocarunt: dictum a sene, quod longissimum spatium senescendorum hominum id putarunt. Aeuum ab aetate omnium annorum: hinc aeuiternum, quod factum est aeternum. Quam ob causam ISIDORVS HISPALENSIS²⁾, aeuum, recte censet, esse aetatem perpetuam, cuius sit neque initium, neque extremitas; et dictam aetatem quasi acuitatem, id est, similitudinem acui.

§. XV.

Quum nexum quis fecisset mancipiumque, ut lingua nuncupasset, siue, ut pollicitus pactusue fuerit, ita iuris instar esse, Decemviris placuit³⁾. Cuius rei testis est FESTVS⁴⁾ et M. TVLLIVS CICERO.⁵⁾ Nexum, ut VARRO ait⁶⁾, MANILIVS⁷⁾ scripsit, esse, quodcumque per libram et aes ge-

D 2 ratur.

1) L. V. de Ling. Lat. edit. Bip. p. 54. 2) L. V. Origin. cap. XXXVIII.
 3) Tab. VI. 1. 4) sub v. *nuncupata*. 5) L. I. de Oratore cap. LVII.
 6) L. VI. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 100. et 101. 7) Cuius VARRO meminit L. II. de Re Rust. cap. III. M. MANILIVM fundatorem Iuris Ciuilis adpellat POMPONIVS D. de Orig. Iur. l. 2. §. 39. eumque tres libros de Iure Ciuilis, ac praeterea volumina, inscripta *Manilii monumenta*, reliquisse testatur. *Manilianae* venalium vendendorum leges, siue formulae, rebus venalibus vendendis praescriptae, quibus uti poterant, qui se decipi nolebant, Cf. IOAN. AVG. ERNESTI in Clave Ciceron. pag. 31, laudantur a CICERONE L. I. de Orator. cap. 58. sicuti MANILII actiones a VARRONE de Re Rust. L. II. cap. 3. 5. et 7. quas item tribuit



ratur. Eandem interpretationem huius verbi dedit AELIVS GALLVS, apud FESTVM^{a)}. VARRO^{b)} autem verius esse contendit, quod MYCIO SCAEVOLAE visum sit, nexum dici, quae per aes et libram fiant, vt obligentur; quum idem, quod obligetur per libram, neque suum sit, nexum; sicuti liber, qui suas operas in seruitute pro pecunia, quam debeat, dum solueret, nexum vocetur. Ita nexum aes, FESTVS^{c)} ait, apud antiquos dicebatur pecunia, quae per nexum, id est, per aes et libram, obligabatur. Nexum facere, igitur nihil aliud esse videtur, quam solemni ritu per aes et libram id efficere, vt alteri ius adquiratur postulandi promissum. Quum, lex inquit, nexum quis fecerit mancipiumque. Mancipium autem VARRONI^{d)} est, quod manu capitur, siue, ex interpretatione ISIDORI HISPANIENSIS^{e)}, quidquid manu capi subdique potest. Mancipium facere, est procul dubio rem in eum statum redigere, vt ab altero capi manu possit; siue, in alterum rei dominium transmittere per nexum, solemnia scilicet Iuris Ciuilis, ac corporalem rei possessionem alteri concessam. Decemviri autem iusserunt, omnia fieri in re tradenda, vt lingua quis nuncupauerit, id est, ita, quemadmodum quis antea dixerit. Ex XII. Tabulis

BARNABAS BRISSONIVS, de Formulis et Solemnibus Populi Romani verbis, L. VI. 4. MANILIO, non MAMILIO, vt plerique editores Scriptorum de Re R. legunt. a) sub v. nexum. b) L. VI. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 100. et 101. c) sub v. nexum. d) L. V. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 74. e) L. IX. Origin. cap. IV.

bulis enim, vti CICERO ^{f)} refert, ea omnia debebant praefari, quae lingua erant nuncupata. Idem respicere videtur CAIVS ^{g)}, in traditionibus rerum, docens, valere, quodcumque pactum sit. Nuncupare est, ait VARRO ^{h)}, nominare valere, quod adparet in Legibus, XII. fortasse Tabularum, vbi nuncupatae pecuniae sunt scriptae. Ita quoque FESTVS ⁱ⁾ nuncupatam pecuniam interpretatur, ad CINCIJ Iurisconsulti exemplum, nomina certa, debita scilicet, nominibus propriis, debitorum nisi fallor, pronuntiata, id est, palam nominata. ISIDORVS HISPALENSIS ^{k)} enim, nuncupare esse, palam nominare, censet. Verba, nuncupare et scribere, in iure sibi inuicem opponi, vel ex eo patet, quod haeredes et nuncupantur; et scribuntur ^{l)}. Probabile ergo est, quod etiam veterum morum simplicitati optime conuenit, quum nuncupare verbum Decemuirale esse, sciamus, ex Decemuirorum legibus pacta in eunda fuisse per nuncupationem, siue pronunciationem verborum claram atque distinctam, neque vlla concipienda scriptura.

D 3

§. XVI.

^D L. III. de Officiis, cap. XVI. Postea autem, CICERO addit, Iuris consultos statuisse, quidquid esset in praedio vitii, si venditor sciret, nisi nominatum dictum esset, praefari oportere, in reticentiae poenam. ^g EVERARDVS OTTO, in praefatione ad Tom. III. Thesauri Jur. Romani §. V. haec verba CAII, quae desumpta sunt ex ipsis Libr. III. ad XII. Tabb. pertinere putat ad legem Decemviralem de rerum traditione secundum pacti normam, D. de pactis l. 48. ^h L. V. de Ling. Lat. edit. Bip. p. 67. ^D sub v. nuncupata. ^k L. V. Origin. cap. XXIV. ⁱ Dig. Qui testamenta facere possunt, l. 21. pp.



Scriptum fuisse in XII. Tabulis: si qui in iure manum conferunt, A. GELLIVS ^{m)} narrat, simulque indicat, pro diverso temporum statu, varium fuisse rei vindicandae modum. Quum manum conferere proprie dicerentur, qui cum hoste manum confererent, VARRONE ⁿ⁾ interprete; improprie vero litigantes in re atque in loco praesenti apud Praetorem, A. GELLIO ^{o)} auctore: si manum ex XII. Tabulis conferebant, qui in re praesenti, de qua disceptabant, cum aduersario simul manu prehendebant, et in ea re omnibus verbis, non, ut alii legunt, *solemnibus verbis*, quod vitiosum putat IOAN. LUDOV. CONRADII ^{p)}, sed quibuscumque uterque verbis posset, coram iudice vindicabant. Nulla ergo opus fuisse videtur solemnitate verborum, in illa veteri manus confertione, ex XII. Tabulis instituenda. Factum tamen est, propagatis Italiae finibus, ut Praetores, negotiis occupati, vindiciarum dicendarum causa in longinquas res misus ipsi proficiscerentur, ideoque contra XII. Tabulas litigantes non *in iure* manum confererent, sed *ex iure* manum confertum vocarent. Sermo, ait VARRO ^{q)}, quemadmodum non potest in vno homine esse solo, sed ubi oratio cum altero coniungitur, ita quoque ex iure manu confertum vocare, locum habere non potest in vno tantummodo homi-

^{m)} L. XX. Noct. Atticar. cap. X. ⁿ⁾ L. V. de Ling. Lat. edit. Bip. p. 68.

^{o)} L. XX. Noct. Attic. cap. X. ^{p)} in Excursu Sec. ad A. GELLIVM.

^{q)} L. V. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 68.



hōmine, vindiciarum liti inhaerente. Alter enim, uti vocatio-
nem ex iure manus conferendae caussa describit A. GELLIVS¹⁾,
alterum ex iure ad conferendam manum in rem, de qua age-
batur, vocabat, atque profecti simul in agrum, de quo litiga-
batur, terrae aliquid ex eo, uti vnam glebam, in ius, in urbem
ad Praetorem deferebant; et in ea gleba, tamquam in toto
agro, vindicabant. Quod etiam verba legis Decemuiralis, ex
restitutione IOAN. NICOL. FVNCCI²⁾, commonstrant: Si
qui in iure manum conferunt, utriusque, superstitibus, seu
testibus praesentibus, vindicias sumunt.

§. XVII.
Iurgare inter se vicinos, quod Decemuii dixerint, M.
TVLLIVS CICERO³⁾ adfirmat, cui beneuolorum concertatio,
non autem lis inimicorum, iurgium dici videtur. NONIVS
MARCELVVS⁴⁾ iurgium et litem scribit, hanc habere distan-
tiam, quod iurgium lenior res sit, ac inter beneuolos atque
propinquos dissensio, vel concertatio, iurgium adpellatur, in-
ter inimicos lis. Secundum hanc iurgii vocis significationem
Decemuii videntur maluisse scribere *iurgare*, quam litigare, ut
mitiori verbo vicinorum discordias exprimerent, quae, saluo
iure necessitudinis atque amicitiae inter vicinos intercedentis,
vicinos aequae ac amicos ad tempus disiungere possent. Nihil
itaque

1) L. XX. Noct. Att. cap. X. 2) Tab. VI. 6. 3) L. IV. de Repu-
blica. 4) de Proprietate Sermon. Cap. V. 34.



itaque obflaret; quo minus, Decemviroſ hoc dicere voluiſſe, ſtatuere, niſi ſcriptoreſ optimi, quos excitavit IOANNES NICOLAEVS IN CILIVS^{u)}, inſtramque vocem ſaepius coniunxiſſent, quo melius vim orationis adſequerentur; VARRO^{w)} autem iudicaffet, *iurgii* vocabulum ita eſſe explicandum, vt omnem quamcumque tam benevolorum, quam inimicorum controuerſiam denotaret. Quibus enim, ait, res erat in controuerſia, ea vocabatur *lis*: ideo in actionibus videmus, *Quam rem, ſive ſitem, dicere oportet*. PAVLVS^{x)} verbum *Oportet* non ad iudicis facultatem pluriſ vel minoris condemnandi pertinere docet, ſed ad veritatem referri, quum id, quod vere debetur, neceſſario fieri oporteat, hoc eſt, auctoritate iudicis accedente, niſi vltro praefletur. Iuriſiurandi in actionibus perſonalibus formula vſos eſſe Romanos: *Dare Oportere, vel non Oportere*, pluribus exemplis commonſtravit BARNABAS BRISSONIVS^{y)}. Ex quo, VARRO^{z)} pergit, licet videre, iurgare ab iure dictum: quum quis iure litigaret. A quo *obiurgat* is, qui id facit iniuſte. Recte igitur *iurgatio* dicitur a FEſTO^{a)} iuris actio.

§. XVIII.

Legem XII. Tabularum meminiffe *quaeflorum parricidii*, POMPONIVS^{b)} adfirmat. Quoniam lege Valeria^{c)} quam

P. VA
 u) ad Tab. VIII. 4. w) L. VI. de Ling. Lat. ed. Bip. p. 98. x) D. de Verbor. Signif. l. 37. y) de Formulis et Verbis Populi Romani ſolemniſ. L. V. 13. z) loc. cit. a) ſub v. *iurgatio*. b) D. de Orig. Iur. l. 2. §. 23. c) Cf. VALERIVS MAXIMVS L. IV. cap. I.

-**ET VALERIVS**, qui, populi maiestatem venerando, *Populiculae*
 nomen adsequutus est, tulit; *ne quis magistratus ciuem Romanum*
aduersus prouocationem verberare, aut necare vellet; anno au-
 tem quadringentesimo quinquagesimo tertio V. C. diligentius
 sanctam, quamuis ea nihil aliud cautum fuerit, quam, *ne quis*
eum, qui prouocasset, virgis caederet, aut securi, necaret; si quis ad-
uersus ea fecisset, improbe fecisse, ut censeretur,^{d)} a **M. VALERIO**
COS. tertio, post Reges exactos, latam fuisse, auctor est **LI-**
VIVS ^{e)}, Consules prohibebantur, quo minus de capite cuius,
 iniussu Populi, ius dicerent; factum esse, **POMPONIUS** ^{f)} do-
 cet, ut quaestores, constituerentur a populo, qui capitalibus
 rebus praesent, ac quaestores parricidii adpellarentur. Qui
 quidem quaestores, tanquam magistratus extraordinarii, quo-
 ties crimen aliquod atrox, animaduersione extraordinaria di-
 guum, esset admissum, creabantur, plebe antea rogata, num
 vellet, de aliquo crimine quaeri ^{g)}, et quaestione, cui plebs
 vellet ^{h)}, dictatori, vel consulibus, vel ex praetoribus cuidam a
 Senatu demandata. Cui quidem mori quaestores parricidii ex-
 tra ordinem constituendi Populus Romanus inhaesit vsque ad
 remi-

d) Miratur **LIVIVS** L. X. cap. IX. hoc fati validum legis fuisse vinculum,
 quom postea vix quisquam seruo ita minaretur. e) L. X. cap. IX.

f) D. de Orig. Iur. l. 2. §. 23.

g) Formulam eiusmodi rogationis

a tribunis faciendae exhibuit **LIVIVS** L. XXXVIII. cap. LIV. h) Cf.
IOAN. GOTTLIEB HEINECCIUS Antiquitat. Iur. Rom. I. IV. Tit.
 XVIII. §. 12.

tempora L. PISONIS, tribuni plebis, qui legem tulit, qua repetundarum quaestionem perpetuam faceret^{d)}, M. TULLIO CICERONE teste^{k)}. Et ipsi Decemviri huic mori quam fidelissime conservando occasionem praebuisse videntur, si verum est, quod POMPONIVS^{l)} scribit, legem XII. Tabularum mentionem fecisse de quaestoribus parricidii, qui iam ante legem XII. Tabularum, ex lege Valeria, abrogata tamen, quum Decemviris ius summum in civitate datum esset, a populo rebus capitalibus praeficerentur. Legem Decemviralem de quaestoribus parricidii IOAN. NICOL. FVNCIVS, VNA CUM TAC. GOTHOFREDO^{m)} ita expressit: *Quaestores Parricidi, qui de rebus capitalibus quaerant, a Populo creantur.* Quaestores cur sint adpellati, explicat VARROⁿ⁾, docens, quaestores dictos esse a quaerendo, qui conquirerent maleficia; ab his postea, qui quaestionum iudicia exercerent, quaestores adpellatos fuisse. A parricidio autem quod denominarentur, ratio est in eo posita, ut latiore significatione apud veteres parricida diceretur quiuis reus criminis, poena capitis luendi. Quod quidem patet ex lege, apud CICERONEM^{o)} hunc in modum concepta: *Sacrum, Sacroue commendatum, qui clepsit, rapfitque, parricida esto.*^{p)}

§. XIX.

d) Cf. IOAN. AVGVST. ERNESTI in Clave Ciceron. sub v. *quaestio.*
 k) in Brut. cap. XXVII. l) D. de Orig. iur. l. 2. §. 16 et 23.
 m) Tab. IX. 5. n) L. IV. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 24. o) L. II. de Legib. cap. IX. p) Quam quidem legem VALENTIN. FORSTER, L. I. de Historia Iuris Civilis, p. 46. inter ipsas leges retulit Decemvirales.

§. XIX.

Lex XII. Tabularum addicto, vincloque ob debitum, idem diarium dari voluit, quod dari solebat seruis in ergastulo, aut domi vincis⁷⁾. Cuius rei CLAVDIO SALMASIO⁸⁾ optimus testis esse videtur & HORATIVS FLACCVS⁹⁾, qui Cicirrum memorat, quum argueret Sarmentum, discessisse a domina, ita esse iocatum, vt miraretur, ipsum fugisse, cui caussa non esset, cur exire vellet e domo dominae, quod in corpore vesco et gracili, libra vna ei farris, quae solempne erat seruorum diarium, satis esset futura. IANVS VINCENTIVS GRAVINA¹⁰⁾, farre Decemuiros indicasse, contendit, farinam, ex qua pultem conficerent farream veteres Romani, quippe quibus consuetus esset cibus, farina cum aqua et sale cocta, interdum etiam cum lacte. Certare pro hac interpretatione videtur, quod VALERIVS MAXIMVS¹¹⁾ tradit, antiquos Romanos adeo fuisse continentiae adtentos, vt frequentior apud eos pultis vsus, quam panis esset, ideoque in sacrificiis molam ex farre et sale constitisse. Ex his conicere licet, debitori addicto vincloque, id est, legitime¹²⁾ nexo; vt pro pecunia, quam

E 2 debe-

g) Verba legitima ex A. GELIO, L. XXI. Noct. Attic. cap. I. exhibet IOAN. NICOL. FUNCCIUS, Tab. III. 7. Qui em vinculum habebit, libras farris endo dies dato. r) de Modo Usurar. cap. XVIII. s) L. I. Sermon. V. v. 67. et seq. t) L. II. Origin. Iur. Civ. edit. GOTTFRIDI MASCOVILII, pag. 248. u) L. II. Faeter. Dictorumque Memorab. cap. V. v) Ni iudicatum facit, Decemviri iusserunt, aut quis endo em iure vincit,



deberet, operas solueret feruiles ^{w)}, qui suo viuere nollet, aut, cui non esset, vnde victum sibi pararet, quotidie datam fuisse libram farris, id est, farinae, vt pultem coqueret, nisi potius, vt IOAN. GOTTLIEB HEINECCIUS ^{s)} libram farris interpretatus est, pultem farream ipsam, VARRONE ^{v)}, pultem esse antiquissimam, tradente, atque C. PLINIO SECUNDO ^{o)}, Romanos, narrante, pulte, non pane, vixisse longo tempore. Minus tamen recte EVERARDVS OTTO ^{o)} censet, libram farris a GRAVINA accipi pro pulte tanti ponderis, quum panis potius et farina adpendi soleant. Quod lubenter concedere possumus, et tamen habemus, quo GRAVINAE explanationem defendamus. Non enim far interpretatus est pultem, sed farinam, qua puls conficeretur. Continentiae deinde, frugalitati ac parsimoniae veterum Romanorum magis est consentaneum, neque seruos, neque addictos vinctosque debitoribus obaeratos ^{b)} vixisse lautius, dominis suis, vel creditoribus, qui minorum instar essent, pulte magis, quam pane,

dicti, secum ducto, vincito, aut neruo, aut compedibus Quindecim Pondo, ne maiore, aut si volet, minore vincito. Cf. A. GELLIVS L. XX. Noct. Atticar. cap. I. et IOAN. NICOL. FVNCIUS, Tabul. III. 6. w) Cf. VARRO L. VI. de Ling. Lat. edit. Bip. pag. 101. x) L. III. Antiquit. Roman. Iur. Tit. XXX. §. IV. y) L. IV. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 30. z) L. XVIII. Nat. Hist. cap. XIX. a) in praefat. ad Tom. III. Thef. Iur. Rom. §. VI. b) Obaeratus vocatur, cf. VARRO L. VI. de Ling. Lat. ed. Bip. pag. 101. ab aere; quasi scilicet aere alieno obstrictus.



pane, vitam sustentantibus. Seruorum porro, tamquam hominum miserrimorum, atque debitorum nexorum, qui parces habebantur seruis, conditioni optime conuenire videtur, vt farina iis adpenderetur potius, qua curarent, vt puls conficeretur, quam puls iamiam confecta. Farina denique nullo profus modo impedit, quo minus admensuretur, vel adpendatur. Farre panem farreum designari, EVERARDVS OTTO ^{c)} putat; atque farris libram, esse libram panis, sicuti farreum, quod in confarreatione nouae nuptae praeferebatur, C. PLINIO SECVNDO ^{d)} teste, panem farreum. Ast tamen farris, non farrei, quod TESTVS ^{e)} genus libi, interpretatur, ex farre factum, vocabulo vsi sunt Decemuii.

§. XX.

Sed mittamus parcum tenuemque cibum, quo debitorum ad incitas redacti, creditoribus addicti, et neruo, vel compedibus vinculi, alendi erant a creditoribus suis, ex Decemuirorum legibus; idque potius agamus, vt inuestigemus, quid VARRO amplius attulerit ad Leges XII. Tabularum melius intelligendas. Furiosum atque prodigum in curatione esse adgnatorum gentiliumque, iusserunt Decemuii, vti constat ex AVCTORE *Rhetoricorum* ad HERENNIVM ^{f)}; ex CICERONE ^{g)}; et ex VLPIANO ^{h)}. Quonam modo furiosus distet ab

E 3

infano,

^{c)} loc. cit.^{d)} L. XVIII. Nat. Hist. cap. III.^{e)} sub. v. *farreum*.^{f)} L. I. cap. XIII.^{g)} L. II. de Inuent. cap. L.^{h)} Fragment. Tit. XII.



insano, docet M. TULLIVS CICERO ¹⁾). Qui furore, inquit, sit adfectus, eum dominum esse rerum suarum, vetant XII. Tabulae. Itaque non est scriptum, si insanus, sed si furiosus esse incipit. Stultitiam enim censuerunt inconstantiam, id est, sanitate vacantem; furorem autem esse, rati sunt, mentis ad omnia caecitatem. Quamuis itaque prodigus furiosus minime dicendus sit, sed insanus, furioso tamen aequiparandus esse videbatur Decemuiris; neque iniuria, si, ex sententia Praetorum ²⁾, prodigum censemus esse eum, qui neque tempus, neque finem expensarum habet, sed bona sua dilacerando et dissipando profundit, ideoque rebus suis superesse non potest, utpote qui omni sanitate iudicii caret. Facile exinde intelligitur, cur Decemuiro prodigum non minus, quam furiosum, subiecerint adgnatorum vel gentilium curae, mali, damnique scilicet minime ignari, quod ex ciuibus, rem suam pessime gerentibus, ciuitas capere solet. Prodigorum autem curam Decemuiros adprobasse magis atque confirmasse, quam constituisse, ex eo adparet, quod iam antea eandem moribus esse introductam, VLPIANVS ³⁾ refert. Vnde nihil est, quod mirerur, in prouerbium, vel paroemiam, fortasse iam antea, XII. Tabulae quam essent compositae, abiisse loquendi formulam: *ad adgnatos et gentiles deducendus est*, qua significabant, esse aliquem

¹⁾ L. III. Tusculanar. Quaest. cap. V. ²⁾ Cf. VLPIANVS D. de Curatorib. furioso et aliis extra minor. dandis l. 1. pr. ³⁾ D. de curatorib. furioso et aliis extra minor. dand. l. 1. pr.



aliquem non integrae mentis, ideoque ipsum negotia sua tueri non posse, (er sey unsinnig, eines blöden Verstandes ^m); vel etiam esse aliquem furioso similem, rerumque suarum euerforem ⁿ), ideoque rebus suis administrandis minime haberi posse aptum. Quam ob causam VARRO ^o) iudicat, eum, qui praedium, ex quo fructus pro impensa ac labore non essent sperandi, praetereaque corporis sanitati quod noceret, colere vellet, mente esse captum, id est, agere hunc in corporis perinde ac patrimonii sui perniciem, quasi mentis suae non esset compos; neque melius homini prospici posse, quam si deduceretur ad adgnatos, vel gentiles, qui ipsius omniumque bonorum curam susceperent. Idem sentit L. IVNIVS MODERATVS COLVPELLA ^p), si quis, inquiring, agrum, cui salubritas coeli, vel vberitas loci deesset, nihilo minus vellet incolere, mente hunc esse captum, PORCIVS CATO censebat, atque ad adgnatos et gentiles ducendum; quum nemo sanus debeat facere sumtus in cultura sterilis soli; nec rursus pestilenti, quamuis feracissimo pinguique, agro dominus ad fructus peruenjat.

§ XXI.

Lege XII. Tabularum cautum fuisse, vt res vendita atque tradita non aliter emtori acquireretur, quam si is venditori pretium soluerit, vel alio modo ei satis fecerit, veluti expromissore,

^m) Cf. IOAN. NICOL. FVNCCIUS ad Tab. V. 7. ⁿ) CAIVS, Instit. L. I. Tit. VIII. prodigos euerfores adpellat. ^o) L. I. de Re Rust. cap. II. ^p) L. I. de Re Rust. cap. III.



missore, aut pignore dato, IVSTINIANVS ⁹⁾ auctor est, EVER-
 ARDVS OTTO ¹⁾, non singulare caput hac de re in legibus Decem-
 uiribus existisse, putat, sed per consequentiam, propter-
 ea quod in omni mancipatione aes pretii loco interuenisset;
 ideoque perperam a CONTIO, MARCILIO, aliisque ²⁾ singu-
 larem legem effingi. Pone, hoc tam verum esse, quam quod
 verissimum, de re ipsa tamen, quamuis de verbis legitimis,
 quae plane ignorantur, dubitari non potest. Et si verum est,
 Decemuiros emtori iniunxisse necessitatem satisfaciendi vendi-
 tori, ne quid deesset solemnitatis, qua mancipatio perficeretur,
 facile intelligitur, quid impulerit Decemuiros, vt de emtione ven-
 ditione perficienda ita statuerent, quamuis, aequae ac IVSTI-
 NIANVS ⁴⁾, perspicerent, iure naturali res nobis adquiri per
 traditionem; et quamcumque rem, a domino traditam, alie-
 nari, nihilque magis conuenire aequitati naturali, quam vo-
 luntatem domini, volentis rem suam in alium transferre, ra-
 tam haberi; Iure vero Ciuili fieri posse, vt libertas hominum
 naturalis circa hanc rem arctioribus limitibus circumscribere-
 tur.

g) Inst. de Diuis. Rer. §. 41. 1) in Commentario ad Inst. et in praes-
 tatione Tom. III. Thesauri Iur. Rom. §. V. 2) IOAN. NICOL. FVNC-
 CIVS, vna cum IACOB. GOTHOPREDO, hanc legem, Tab. VI. 3. ita
 expressit: *Res vendita transque data emtori nec acquiritor, donec sa-
 tisfactum erit.* Ad hanc quoque legem prouocat ANGELVS IACOBVS
 CYPERVS in Observationib. Select. de Natura possessionis, Lugd. Batauor.
 1789. pag. 17. vt exemplo commoustrat, dominium non posse transferri,
 nisi modis, quibus Lex dominium transire voluerit. 4) Instit. de Diuis.
 Rer.

tur. ^{u)} Quod quidem antiquo Iure Romano factum fuisse, neminem fugit. Traditio enim, quasi transdatio, olim Romae alienatio erat rerum nec mancipi, quarum, vti VLPIANVS ^{v)} docet, dominia adprehendebantur ipsa traditione, si scilicet ex iusta causa traditae essent. Differentia autem rerum mancipi et nec mancipi ab Imperatore IUSTINIANO ^{w)} penitus sublata, cuiuscumque generis esset, corporalis res tradi poterat, et a domino transmitti in alterum. Nihilo tamen secius, venditas res, IUSTINIANVS ^{x)} statuit, traditione non adquiri emtori, nisi ab hoc satisfactum fuerit venditori; idemque iure naturali ac iure gentium dicendum esse. Si enim respicimus ad animum venditoris, vix is praesumi potest, velle transferre dominium rei suae in alterum, nisi securus sit de eo, quod pro merce sua vicissim accipere cupit. Securus autem venditor sit quavis satisfactione emtoris, non solum pretio soluto, et pecunia numerata, sed etiam expromissore, aut pignore dato,

Rer. §. 40. ^{u)} Ita U. GROTIUS L. II. de Iure B. et Pac. Cap. VI. §. 1. et 2. nuda opus esse statuit voluntate domini dominio abdicantis, verbis signisque externis declarata, sicuti in eo, cui res datur, voluntate accipiendi, seposita lege civili. Liberum igitur est domino, qui nullis tenetur legibus civilibus, quocumque modo voluntatem de re sua alienanda declarare, quod dici non potest de civi, cui non licet hac in re facere, quod sibi placuerit, sed quod lege praescriptum sit civili de traditione, seu de possessione rei corporalis vacua, in alterum transferenda. ^{v)} Fragment. Tit. XIX. §. 7. ^{w)} Cod. de nudo iure Quiritum tollendo. Cod. de Usucapione transformanda et de sublata differentia rerum mancipi et nec mancipi. ^{x)} Inst. de Divis. Rer. §. 40. ^{y)} Inst. de Divis. Rer.



dato;?) quod perinde esse, ait CAIVS²⁾, ac si pretium solutum esset. Ita quoque securus esse recte censetur venditor de pretio rei venditae soluendo, si fidem emtoris sequutus fuerit³⁾, sine vlla satisfactione⁴⁾, id est, si disertis verbis declarauerit, se velle pretii fidem habere emtori⁵⁾, certumque indulgere ac largiri emtori solutionis diem. Satisfactione, vel fiducia venditoris intercedente, nihil est, quod vetet, quo minus res statim in emtoris dominium abeat, venditore de dominio mutando cum emtore consentiente. An vero Decemviri solutionis loco fideiussorem, vel pignus admiserint, quin immo, fidem de pretio haberi, permiserint, valde dubitat EVERARDVS OTTO⁶⁾, utpote qui persuasum sibi habet, leges XII. Tabularum breuissimas voluisse, omnem alienationem, quam eadem leges emtionis adpellatione comprehenderint, vti POMPONIVS⁷⁾ testatur, explicari per mancipationem, in qua emtor raudusculo, id est, asse, seu aere, quod pretii loco erat, debuit libram ferire⁸⁾. Regulam, quam exinde confecerunt Iuris Consulti, pretium solvendum esse, vt alienatio fiat, nec dominium mutari, nisi satisfecerit emtor, VARRO confirmare videtur, tradens⁹⁾, gregem venditum dominium non mutare, nisi aes sit adnumeratum.

Ita

Rer. §. 41. y) Instit. de Diuis. Rer. §. 41. z) D. de contrah. emt. l. 53. a) Instit. de Diuis. Rer. §. 41. b) Cf. POMPONIVS D. de contrahenda emt. l. 19. c) Huiusmodi formulam dedit LABEO D. de actionib. emt. et venditi l. 51. *Vti des pecuniam Kalendis Iulii.* d) in praefat. ad Tom. III. Thef. Iur. R. §. V. e) D. de Statulib. l. 29. §. 1. f) VARRO, L. IV. de Ling. Lat. edit. Bip. pag. 45. aes, ait, *Raudus* dictum; ex eo in veteribus mancipiis scriptum: *Raudusculo libram ferito.* g) L. II. de Re Rust. cap. II.

Ita interpretantur verba VARRONIS viri magni nominis: IANVS VINCENTIVS GRAVINA ^{h)}, EVERARDVS OTTO ⁱ⁾, et IOANNES NICOL. HYNCCIUS ^{k)}. Longe autem alius sensus erit verborum VARRONIS, si vocabulo *aeris* omisso, cum IOAN. MATHIA GESNERO legimus: *nisi si est adnumeratum.* ^{l)} Grex scilicet venditus dominium non mutauit, nisi sit adnumeratum, id est, nisi prius pecudes, quibus grex constat, singulae adnumeratae sint emtori, verbis solemnibus fortasse adhibitis ^{m)}, quibus modus adnumerandi definiretur. Tradebatur itaque emtori grex venditus adnumerando, neque sine traditione dominium gregis venditi putabatur transmitti posse ad emtorem. Quod innuere videtur VARRO ⁿ⁾, quod alterius fuit, dicens, id vt fiat meum, necesse est, aliquid intercedere. Neque enim in omnibus satis est stipulatio, aut solutio nummorum ad mutationem domini. Ita quoque ^{o)}, de emtione canum agens, fit alterius, ait, quum a priore domino secundo traditum est. Idem fere iudicant SABINVS, et CASSIVS, emtione eorum ^{p)}, quae pondere, numero, mensurae constant, perfici, existimantes, quum adnumerata, admensa, adpensae sint; venditionemque sub hac quasi conditione fieri, vt in singulas metretas, aut in singulos

^{h)} L. II. Origin. Iur. edit. GOTTFREDI MASCOVII p. 203. ⁱ⁾ in Comment. ad Instit. de Diuis. Rer. §. XII. et in praefat. ad Tom. III. Thesauri Iur. Rom. §. 4. ^{k)} ad Tab. VI. §. 1. ^{l)} ANGELVS IACOBVS CVPERVS, in Observationib. Select. de natura possessionis p. 17. non ad stipulari videtur GESNERO, ratione lectionis, in VARRONIS loco excitato, mutatae; lectio, quam GESNERVS praetulit, an praeferenda sit, nec ne, adhuc dubitans. ^{m)} Huiusmodi formula existat apud VARRONEM L. II. de Re Rust. cap. II. *Vt agni chordi duo pro vna oue adnumerentur; et si cui vetustate dentes absint, item binas pro singulis vt procedant.* ⁿ⁾ L. II. de Re Rust. cap. I. ^{o)} L. II. de Re Rust. cap. IX. ^{p)} D. de contrahend. emt. l. 35. §. 5.



gulos modios, quos quasue admensus fueris, aut in singulas li-
bras, quas adpenderis, aut in singula corpora, quae adnumera-
ueris, certum pretium diceretur. Quorum quidem sententiana
sequutus est CAIVS²⁾, putans, venditionem gregis pretio, non
in vniuersum, sed in singula corpora, constituto, perfectam
esse, simul ac singula corpora adnumerata essent. Perfecta nem-
pe est emtio, PAVLO³⁾ teste, si id, quod venierit, adpareat,
quid, quale, quantum sit, si pretium sit certum, atque emtio
venditio pure contracta. Quam multum autem tam emtoris,
quam venditoris interfit scire, vtrum perfecta sit emtio venditio,
nec ne, patet ex eo, quod, perfecta emtione, vti PAVLVVS⁴⁾ sta-
tuit, respiciat ad emtorem rei venditae periculum.


His igitur, qualiacumque sint, praemissis, de XII. Tabula-
rum interpretatione ex VARRONIS libris supersitibus haurien-
da, dicam, cuius causa praemiserim. Meum scilicet est, pro-
munere, quo nunc fungor, laureae tam philosophicae, quam
poeticae euocare Candidatos, decentissimisque verbis rogare,
frequentes vt adsint, quibus Summi litterarum artiumque dis-
tribuantur Honores in Solemnibus creandorum Philosophiae
Doctorum et Liberalium Artium Magistrorum, laureaeque Poe-
ticae conferendae, die xxx. Aprilis. MDCCXCIv. peragendis.
Vitebergae, P. P. Die Dominic. III. Aduent. MDCCXCIII.

²⁾ D. eod. tit. l. 35. §. 6.

³⁾ D. de periculo et commod. rei vend. l. 3. pr.

⁴⁾ D. de periculo et commod. rei vend. l. 8. pr.





vd 18

ULB Halle 3
001 558 609



70511







B.I.G.

14

PHILOSOPHICI
MITEBERGENSI
NVS 1794 5 1651
ANDVS SCHMID

MORALIVM ET CIVILIVM
ORDINARIVS

T.
VS CAESAREVS
RIVSQVE LAVREAE
M N I A

IS C I D I O C C X C I V
AGENDA

ARTIS POETICAE
D A T I S

C I T
R O L V S I O N E

O V A R R O N E
R V M I N T E R P R E T E

E R G A E
R I S T I A N I D Ü R R I I

